UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 23. An qui ex privilegio habent facultatem eligendi conservatorem, possint electione semel facta variare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

Limitatur ſecundò, niſi Conſervator ob ignorantiam, non tamen quæ ſit craſſa
& affectata, excuſetur, *cap.eos ubi gloſſ de temp.ord.in 6. Emanuel Roderic quæſt.Reg.*
*tom.1.quæſt.65.art.19.*Ignorantia enim juris aut craſſa non excuſaret, *Franciſc.de Pla-*
tea d.§.57.num.5.glo.c.fin.de offic.del.in 6.c.1.de clandeſt.deſponſ.

QUÆSTIO VIGESIMA TERTIA.

An qui ex privilegio habent facultatem eligendi Conſervatorem, poſſint electione ſemel facta variare.

SUMMARIUM.

1. *Electione facta variare non licet.*
2. *Jus alteri quæſitum tolli non poteſt.*
3. *Societas JESU electione unius conſervatoris poteſt variare.*
4. *Exemptorum intereſt habere plures Judices.*

1 NEutiquam, *Emanuel.Roderic. d.quæſt.65.art.5. Joannes Baptiſta Confetius de*
privilegiis ordinum part.2.tit.4.cap.9.fol.355. idque ad inſtar judicum delega-
torum, *cap.cum plures de off.c.del.in 6.Navar.conſ.8.de offic.deleg.* electione
enim facta, jus alteri acquiritur, quod ei nolenti auferri non poteſt, *late Rebuffus de pri-*
2 *vileg.Scholarium privil.153.n.6.*etiamſi tale jus ex privilegio competat. *Mohed.dec.28.*
*Rot.conſ.2.n.22.l.4.Farin.dec.10.cent.7.*quod fuſius ex iis quæ à Tiraquello traduntur,
poſſet confirmari, *l.boves §.hoc ſermone limit.1.de verb.ſignif.* id quod tamen tempe-
randum eſt, niſi ſpeciali privilegio conſervatoriæ aliter diſpoſitum ſit. *Emanuel.Rod-*
ric.d.art.5.in fine. Uti in conſervatoria Cleri Secundarii Leodienſis Diœceſis, quæ
commiſſa eſt Abbati S.Laurentii extra muros Leodienſ.SS.Apoſtolorum Colonienſ.
& S.Joannis Trajectenſis Decanis, quam ego alio in tractatu inſerui, *lib.1.quæſt.39.*
de Juriſd.Ord.in Exempt. videre eſt, id quod etiam de Conſervatoria privilegiorum
3 Secietatis JESU à Pio V. in Bulla per Gregor.XIII.edita refert Eamnuel.Roder.
*d.art.5.*intereſt enim Exemptorum, ut multos habere poſſint Conſervatores, qui eos
defendant, *Lucas de Penna l.fin.C.de delatoribus lib.10.Rebuffus d.loco privilegio 152.*
*num.5.*ut alius alio negligente alterius juſtitiam adminiſtret. *arg.l.decurio fortunam*
4 C.*de decurion.libr.*10. *Rebuff.ibid.num.5.* Licet aliis placuerit magis expedire uni
quam pluribus ſubiici. *Felin.cap.dilecti verſ.hominibus de major.& obed.Budeus*
dec.21.in fin.lib.31.in fin.lib.1. Farinac.
cent.7.dec.10.n.3.

QUÆST.